

Petrus Ingemari, a priest from the diocese of Strängnäs, was falsely slandered by the layman Johan in front of good and eminent persons. Johan was asked to stop, but one day when Petrus was walking in the square, Johan met him, and they had a quarrel. The layman threatened to hit Petrus, approached him and threw a piece of metal slag in his chest. Petrus was not armed but seized an axe from a bystander to defend himself, and pushed back the layman. Johan was furious and, aiming to kill or wound him, he threw his knife at Petrus's head. But no blood was shed. He then took hold of his neck and tried to throw him to the ground. Petrus feared for his life, and in order to make him retreat he hit Johan with the axe and wounded him so badly that he later died. The regent Angelus, bishop of Bagnorea, refers the case to the auditor Anthonius de Grassis for inspection and grants that Petrus may be declared innocent of homicide and not irregular or disqualified, on condition that the facts above are true.

Petrus Ingemari presbyter Strenginensis diocesis exponit, quod, cum
 olim quidam Iohannes laicus dicte diocesis ipsum exponentem apud
 bonas et graves personas de diversis criminibus licet falsis in locis
 publicis et privatis defamasset, idemque exponens prefatum laicum
 5 pluries minime bonis et alias etiam tortuosis verbis per se et alias
 personas honestas, ut ab huiusmodi inceptis iniuriis et defamationibus
 desisteret, monuisset et moniri fecisset. Quodam die prefatus exponens
 a casu per forum ambulavit. Dictus Iohannes laicus exponenti nescio
 eidem in foro huiusmodi obviavit, in quo iterum inter se mutuo aliqua
 10 verba iniuriosa habuerunt. Quibus dictus Iohannes laicus non contentus
 prefatum exponentem comminando ipsum verberare magis accedens
 quendam globum de spuma ferri confectum, quem scoream vulgariter
 nuncupant, ad pectus ipsius exponentis proiecit. Quo viso dictus
 [dictus] exponens securim a quodam sibi astante, cum alia arma non
 15 haberet, arripuit et se defendit; eundem Iohannem laicum re percussit.
 Sed ipse Iohannes furia motus quendam cutellum, quem latere gerebat,
 extraxit et ad capud ipsius exponentis animo ipsum [ipsum] inter-
 ficiendi aut alias mutilandi proiecit, licet casu nulla propterea sanguinis
 effusio facta fuit. Et adhuc furiosus in eundem exponentem irruit ac
 20 ipsum per collum apprehendit volens ipsum sub se prosternere. Propter
 que exponens timens sibi periculum mortis imminere et, quia alias
 evadere non potuit, vim vi repellendo cum eadem securi dictum
 laicum taliter re percussit et vulneravit, quod exinde dictus Iohannes
 laicus diem vite sue clausit extremum. Cum autem dictus exponens de

22:94v

195 Rome anno tertio domini Sixti pape quarti apud Sanctum Petrum *in marg. sup.*; Rome ii Nonas Ianuarii *in marg. sin.*; Strengniensis diocesis *in marg. dext.* | 195,1 Ingemari *ex Ingero- (ut vid.) corr. cod.* | 4 idemque] *i.e.* idem | 8 ambulavit *scripsi*, ambulando *cod.* | 12 scoream] *i.e.* scoriā (*vide GMLS*) | 17 capud] *i.e.* caput | 20 prosternere] *prosternare cod.* | 22 repellendo] *i.e.* repellendo | 23 re percussit] *rpercussit cod.*

morte dicti Iohannis ab intimis doluerit etc. cupiatque in omnibus suis 25
ordinibus ministrare posse, nichilominus tamen ab aliquibus suis emulis
etc. Ad ora igitur talium obstruenda *supplicat*, quatenus ipsum premis-
sorum occasione nullum homicidii reatum nullamque irregularitatis
maculam sive inhabilitatis notam contraxisse sed, quod libere et licite in
suis ordinibus ministrare possit et valeat, misericorditer declarare 30
dignemini ut in forma. Fiat ut infra. Angelus episcopus Balneoregiensis
regens. Videat eam dominus Antonius de Grassis. Angelus episcopus
Balneoregiensis regens. Committatur <...> et, si vocatis vocandis sibi
constiterit, quod exponens vim vi reppellendo et se defendendo aliter
fugere seu mortem evadere non valens percusserit, ut preferitur, et de 35
aliis expositis, declaret, ut petitur.

195,25 etc] *scil.* prout dolet de presenti; *cfr e. g. n.* 192,21; 232,33. | 27 etc] *scil.* asseritur
ipsum homicidii reatum incurrisse et irregularitatis maculam contraxisse *vel. sim.*; *cfr e. g. n.*
119,15–17; 160,41–43; 175,24; 251,26. | 29 sive] *ut vid.* | sed] *ut vid.* | 32 Videat...
regens] *in sin. parte pag.* | 33 Committatur...36 petitur] *in dext. parte pag.* | <...>] *fort.*
ordinario *vel sim. supplendum.* | 34 reppellendo] *i. e.* repellendo